



Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Sententia V. Iohann. IIII. & VI. Qui biberit ex aqua quam ego dabo, non sitiet
in æternu[m]. Si quis sitit, veniat ad me & bibat. &c. XXIIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](#)

222 CONSOL. EX S. DOCT. CHRISTI
errore & internecione vindicaret & seruaret, sicut
dicit, *Venit filius hominis salvare quod perierat.* Et tu
rum in Luca, *Venit filius hominis querere & salvum*
facere, quod perierat. Itaque cum scriptum sit, *Deu-*
mortem non fecit, nec latatur in perditione vniuersi-
vitique quia neminem vult perire, cupit peccatores pa-
nitentiam agere et per paenitentiam denuo ad vitam di-
dire. Quod ex insigni illo dolore & labore, quem nos
seruandis impendit satis constat. Versentur ergo iugos
hec ante oculos nostros, ut fidem concipiamus, & spe
habeamus. Conuertamur ad Dominum in toto cordem
 nostro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu: quoniam bini-
gnus & misericors est, patiens & multa misericordia,
& praestabilis super malitia.

SENTENTIA V. Ioannis 4, 7.

Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui au-
tem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non si-
tiet in aeternum.

Si quis sitit, veniat ad me & bibat.

PARACLESIS.

CAPUT
XXIIII.

Eccles. 2.

Quemadmodum aqua illa pueralis non ita depel-
lit sitim, ut amplius non redeat, sed quantum-
cunque etiam biberis, iterum tamen sities: sic in omnibus
rebus terrenis nihil est tam excellens, tam prestabile,
tamque eximum, quod hominis animo diu satisfacere
suapte natura queat. Quicquid enim in hoc mundo,
quamvis pretiosum, quamvis iucundum & delectabile
in medium produceris, veluti aqua est, ex qua qui bi-
berit, iterum sitiet. Exemplum videre est in Salomone
Rege opulentissimo. Is, ut scribit in Ecclesiaste, adi-
ficauit sibi domos, & plantauit vineas: fecit hortos & po-
maria, & consenit ea cuncti generis arboribus: extruxit
piscinas

piscinas aquarum: possedit seruos & ancillas: armenta
quaque, & magnos ouium greges: coaceruauit argen-
tum & aurum: instituit cantores & cantatrices, &
dulcias filiorum hominum: fecit scyphos & orceos ad
vina fundenda. Quid amplius optare quis posset ad vo-
luptatem carnalem? Quis non beatum dicat populum, Psal. 145ⁱ
qui hec sunt? Sed audi quid Salomon post haec dicat.

Cum me conuertisse ad uniuersa opera que fecerant
manu mea, & ad labores in quibus frustra sudaue-
ram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi,
& nihil permanere sub sole. Reuera sic est. Nam omnis Gregor. Na-
mundi felicitas, vitaq; voluptas, ut puluis à turbine, zianz. Orat.
se ab aliis ad alios subinde ventilatur atque iactantur: 23. ad Iulia.
& sent fumus dilabuntur & evanescunt: & insomniis Psal. 1.
nare homines deludunt, umbrasq; instar manibus tene- Ecccl. 14.
niqueunt. Ita ut ventis citius fidere possimus, aut Idem Epist.
litteris in aqua scriptis, quam hominum felicitati. Nec 18. ad So-
vero sine magna sapientia hoc à te Christe Iesu consti- phronium
tutum est, ut res omnes huius vite incerte sint atque in- Præf. Et de
stabiles: nempe ut rerum firmarum stabiliumque amo- Vita itine-
nac desiderio inardescamus, umbras & somnia leuiter ribus.
carantes. Adhuc, ut aqua huius maris amara est,
& quo magis ex illa biberis, eo maiore siti cruciaberis:
na opes & quævis mundi felicitas & voluptas se ha-
bent, cum his homines abundant, tum maxime deside-
rant: & tum ardenter sitim cupiditatis augent, cum
plus se in amaras illas feculi huius aquas immergunt.

At Christi Salvatoris Aqua noxiæ mundi huius si- Cybill. in
timectinguit, cupiditatum ardorem sedat, sordes omnes Ioan. lib. 5.
peccatorum eluit, anima nostra terram celesti imbre
irrorat atque fecundat: & ad solum Deum anhelo spi-
ritum humanam similitudinem reddit. Aqua hac spi-
ritualis & mystica, Spiritus sancti dona & gratia est:
qua lar-

224 CONSOL. EX S. DOCT. CHRISTI.

Psal. 41.

qua largissimè potatus fuit. Propheta David, cùm totum ad Deum suspirans dixit: Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. Sicut anima mea ad Deum fonte viuis, quando venia et apparebo ante facie Dei? Et rursum: Sicut in te anima mea. Petamus has aquas à filio Dei: p[er] nos libentissimè propinabit. Sicut dicit: Ego sicut dabo de fonte aquæ vitae gratis. Nihil in hac vita stræ peregrinationis meditemur, nisi quia hic non semper erimus: nihil sicutiamus, quam Vitam eternam, nihil timeamus, ubi non conturbemur, ubi non motu[m]ur, unde nunquam migremus.

Apoc. 21.
August. Tra-
ctatu[m] 32. in
Ioan.

SENTENTIA VI. Ioannis 8.

Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae.

PARACLESIS.

CAPUT

xxv.
August.
Tract. 34. in
Ioannem.
Ioan. 1.
Psal. 35.

Non arbitremur Dominum Iesum Christum, hunc esse Solem quem videmus: sed ipse est per quem Sol iste, & omnia sunt facta. Et lux est, de qua propheta olim cecinit: Fili[us] hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt: Inebriabuntur ab libertate domus tuae: & torrente voluptatis tuae potabis eos. Quoniam apud te est fons vite; & in lumine tuo videbimus lumen. Fili[us] hominum, inquit, sperabunt. Salus ista qua in presenti est, hominibus pecoribusque communis est: Sed est alia, quam sperant homines, & accipiunt qui sperant, non accipiunt qui desperant. Quae est illa inebriabuntur ab libertate domus tuae: & torrente voluptatis tuae potabis eos. Vnde? Quoniam apud te est fons vite: & in lumine tuo videbimus lumen. Ipse fons vite ambulabat in terra: ipse dicebat, Qui sit, ve[niat] ad me & bibat. Ipse & lumen est, Deus de D[omi]no.

Lumen

Lumen de
mundi. Q
ti video
utrum Sole
venias, in
qua Dom
agnatus es

SE
Amen am
seruaue

NVlo
mort
arie datur
ist[er] potest
cannibal
Dolor: vt
poterem
Christo Sa
teremort
te, inquit
Christum
of que ad
medetur,
ibolice pla
rescutur,
maternur
tur ab arte
tem etern
Medicina
moderatu
ti, expell